

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Peregrinatio in terram sanctam

Breydenbach, Bernhard

[Mainz], 11. Feb. 1486

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-247288](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-247288)

Sequitur descriptio processus transmarini ex venecijs vsq; in terram sanctam.

Marinam iam nunc profectio et navigationis descripturus ordi-
ne. atq; totius relique peregrinationis historiam textu-
rus. quoad potero breuitati studebo. morigerusq; ero quantum
licebit legentibus. ne fastidium eis generem vllum interlegendum. Sed et
humili dicitur et pedestri sermone. remissionem dicendi genere vtar. com-
muni omnium captui inseruimus. omni proorsus communitate cultu et ve-
nustate rethorice orationis posthabita. scilicet quod oratio si circuitosa sit et fu-
cata. vel potius manufacta. ostendit animum quoque non esse sincerum. et ha-
bere aliquid fracti. proinde non ficto carmine. non per ambages et varios
dicendi anfractus incedam. neque quemadmodum sed quod dicam potius curabo.

Igitur euolutis .xxij. diebus quibus venecijs mansimus. galee ex-
peditionem persolantes cum iam tempus opportunum nauigandi instaret.
Atque omnibus ad profectioem necessarijs in ordine dispositis. iubente pa-
trono nauigaturi galeam intrare pararem. cuius quidam venecianus im-
pedimentum non modicum patrono et nobis prestitit. graues contra patronum
ipsum querelas apud senatum deponens ratione debito non soluto etc.
Quamobrem ne nostra diutius differeretur nauigatio. communi decreui-
mus consilio inclitum accedere ducem veneciarum. sue principali magnificen-
tie supplicaturi. quatenus inducitur patrono nostro. datis interim ab eo
fideiussoribus. vsque ad reditum eius de terra sancta preferentur. aut certe quod
maluissimus ceptis litibus finis si fieri posset quamoties imponeret.
Quod totum factum fuit sub paucis intervallis dierum. **H**ic ita exactis
Prima die mensis Junij que tunc erat dominica prima post trinitatis. ga-
leam cum patrono intrauimus. iactisque anchoris ab hora eiusdem diei ter-
cia vsque in crastinum prosperum gratumque ventum non tam expectabam diu
exoptabam. Quo tandem afflante. multa cum iocunditate et leticia can-
tatis ex more Salve regina et quibusdam alijs Antiphonis et collectis
subiunctis. expansis velis postera die id est tertia Junij portui appli-
cuimus Parentino.

Est autē parentiū ciuitas quedā in **H**istrīa puincia sita cōstituta sub
dominio venetoz. distās a venecijs centū miliaribus ytalicijs dūtapat
Estq; illic episcopalis sedes. sūt quoq; in ecclesia maiori multe recōdite
reliquie p̄ciose. q̄s et visitauim⁹ vt decuit deuote. In primis in maio-
ri altari sancti martires requiescūt **D**emetrius et **J**ulian⁹. Item in alio
quodā altari ante chorū eiusdem ecclesie corpa sanctarū sunt virginū
Berte et **A**colite. In eadē etiā ecclesia ante paūca tpa sanctorū **M**auri
et **E**utherij corpa quieuerūt. s; p̄ ianūses inde asportata ianūā trās-
ta fuere. Narratūq; nobis fuit decerto. q̄ cū ijsdem ianūses aliud q̄d-
dam altare temptassent effringere. animo quedā scoꝝ corpa inde reci-
piendi. moy sanguis miraculose ex eodē profluxit altari (cui⁹ hodie
ibi cernitur vestigia derelicta) vnde territi a cepto desierūt.

Ciuitas parentina
distans a venecijs
centū miliaribus ytal
lib. 20

Prefata ciuitas **P**arentina in amenissimo versus terrā loco sita est.
ita vt inde in **V**ngariā aliaq; regna p̄ terrā trāsiri possit. Nam et inde
Jerosolimā vsq; p̄ terrā possēt veniri q̄s id factu difficile esset et peris-
culosum. eo q̄ salius cōductus non facile possēt haberi. sine quo. tantū
iter p̄ eas infidelū terras nullū est temere temptandū neq; consulendū
vt faciat. Dicitū pretea nobis fuit et certa assertum relatione q̄ paris
Troianus cū **H**elenā grecie reginā **M**enandri regis cōthoralem raptū
p̄geret (que res **T**roiani excidij exordiū fuit. vt ipsa **T**royna histo-
ria late narrat) omnē suā classem in hac aptari fecit ciuitate. Et cum
ipsa **H**elena rapta illuc de grecia reuersus voto q̄ potitus. a nomine suo
ciuitati imposuit nomen **P**aridinū sed ab ytalīs hodie **P**arentium ap-
pellatur.

¶ Sequitur verbs **P**arentina hic subsequenter effigiata.

d